

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendo uiro, eruditione, uirtute, & pietate uera praestanti, D.N.
patrono sup cum obseruantia colendo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

cium uerò tuum de meo scripto, poteris mihi R. P. T. per hunc Alexandrum significare. Commendo me R. P. T. summo studio. Bene ualeat R. P. T. ad illustrandam gloriam Christi. Mense Augusto, Anno 1535.

Reuerendo uiro, eruditione, uirtute, & pietate uera præstanti, D. N. patrono suo cum obseruantia colendo.

*N. à Amstdorf
III, 104.*

Reuerēde Domine: Vt Ecclesia Dei uera tanquam orphana, inter hæc imperia mundi intucturptos pastores, & ueros episcopos, & ab eis consolationē petit: ita puella nunc domini Pauli filia orphana necessario suo tempore, à quo imploraret auxiliū potius quàm à paterno amico, & uerè Episcopo? Quare cum liberalitatem erga eam exercuistis, pietas uestra Deo grata erit: & pro ea uicissim Deus his Ecclesijs et politijs bene faciet. Nos quidem & puellæ nomine, & sponsi, et nostro gratiam habemus: & Deum æternum patrem Domini nostri Iesu Christi precamur, ut Ecclesias quæ constant ex puellis & pueris orphanis, defendat, ac regat: & seruet nos & alios pios doctores, tanquam oleas feraces in domo Dei: nec sinat extinguī lucē Euangelij & noticiam Domini nostri Iesu Christi: sed multorum pectora uerè accendat, ac pia studia
do Arins

doctrinae ac morū disciplinam tueatur, ut ueris laudibus inter nos hac mundi senectia celebretur Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, cum filio suo & spiritu sancto. Has optimas res Deus impertire solet per ueros Episcopos, quos quidem uocat *εὐνοῦχοις*, laboris socios. Quod nam potest in auius praconium excogitari, quam diuina uoce dici socium diuini laboris? Veneremur igitur pios doctores, in quorum numero longo iam tempore uos quoque; R. D. V. seruire diuinitus uidentur: et diutius seruiat in domo Dei, optamus. Bene & feliciter R. D. V. ualeat.

Dies nuptiarū filiae domini Pauli Reualt, ut sint faustae & felices, faciat Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi.

Clarissimo uiro, eruditione, & uirtute praestanti N. N. amico suo charissimo *καὶ ἀγαθῷ φίλῳ καὶ ἀγαθῷ φίλῳ*

καὶ ἀγαθῷ φίλῳ καὶ ἀγαθῷ φίλῳ, Philippus Melanchthon

S. D.

De Cosuiga erraui. Erat enim iter faciendum in Goten, ubi Ascanium de magnis rebus loquentem, uel potius querentem liberè & sine aulicis inuolucris audiui. Dixi etiam de pace & bello, quae iudico esse dicenda, coram uobis hos sermones exponam. Ibi etiam audiui à pastore Ecclesiae, hunc an-

10. Eber.

II, 140.